

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodorij Gorlicio
- VII. Theophrastus Epigram ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae neresbun M. Teti a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensem.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desbuensem Carmen Epigrammatum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigrammatum Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemnys
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stessnis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Nicolai May.



Alloquia *zauind*

Nuptiis Secundis auspiciatissimis
 Illustrissimo Celsissimo Principi ac
 Domino

DN. AUGUSTO

Principi Anhaltino, Comiti Ascaniæ
 Domino Servestæ & Bernburgi &c.
 à Secretis

viri Politissimi Doctissimi

DN. PETRI Sonnenschmid

SPONSI

Nec non

Lectis. genere, formâ, moribus
 Virginis

A N N Æ

Speciatiss. Viri DN. BERNHARDI à Bergen

Hæreditarii in Güssen FILIÆ dilectiss.

fide mutua junctorum;

Bona scilicet ergò ab Amicis nuncupata.

Servestæ A. d. 5. M. VIIbr. Jul.

Anno Epochæ Christianæ

PetrVs & Anna Sponsi DIâ faVent Ia CoMbInant Vr.

Excudebat Zacharias Dörffer,
 Anno M. DC. XIX.

[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, likely a title page or preface. The text is illegible due to fading and bleed-through.]





LUSUS POETICUS

Occasione nominis Dn. Sponsi,
Sonnenschmid

Ex veterum Indorum mysteriis
petitus.

A SCANIÆ Heroi, Petre, te placuisse, puellæ
Ora Deæ simili teq; placere, Petre.
Miretur, causam tanti qui nescit amoris,
Non ego, cui fortis cognita causa tuæ.
Pontificum, Regum, Procerum Populiq; favo-
Indorum veteri præcipiente Scholâ, (rem,
Indultu Domini, nutu qui sidera torquet,
Supplicitus Sol est conciliare potis,
Forma precum brevibus numeris arctata, profa-
In vulgus si fas promere sacra, fuit: (num
Te jubeat salvere Deus, Sol, alme Planeta,
Omnigenâ dives prosperitate parens:
Formosum Numen, radiisq; micantius omni
Astrorum fluitans quæ vehit aura choro,
Tu Sol ille unus Cœli moderamen, & unus
Orbis terrarum tu moderamen habes.

*Joannes Plea-
rius Valerianus
hieroglyph:
lib: 55. titulo
GRATIA.*

A 2

Tu

Tu coeli lampas, tu lumen amabile rerum,
 Te vegetante viget, quicquid ubiq; viget.
 O qui Cardinibus Mundi pretiosa patente
 Infundis cyatho munera, dives opum!
 Pontificum, Regum, Procerum, Populiq; favo-
 rem
 Da, tua qui supplex Numina posco, mihi.
 Pectoribus stabilem nostri, Sol, insere amorem,
 Latentur quæ nos lumina cunq; vident.
 Nos foveat, faveat nobis, nos tractet amicâ
 Rex, Princeps, Populus, fæmina virq; manu.
 Sic Indus quondam sibi conciliabat amores,
 Sole, quod Indorû est dogma, beante preces.
 Sortem ergone tuam dubius, Petre, mirer? Eaf-
 dem
 Dissimili ad Solis tramite tendis opes.
 Non dubiâ surdum Solis prece Numen (honoris
 Id proprium Jovæ) sollicitare libet.
 Tu manibus solem verfas, prænobile ferrum
 (μύδην enim Solem dixit Anaxagoras)
 Unde Faber quosvis nisu diducis honores
 Felici, facili Principe dante manu.

Cun-

Sonnen-
 Schmid μν-
 δεγτύπ
 Joannes Pic-
 rig hieroglyphi:
 lib. 44. titulo
 Deg opt: Max:

T

Δ

Cuncta velut Solis obtutibus obvia solis,
Omnia sic fidei Principis acta tuæ:
Et Populi plausum nisu diducis eodem
Delicium vulgus te putat esse suum.
Innuptæq; tibi certant placuisse puellæ,
Expetit huncce suum quælibet esse Fabrum.
Scintillis omnes certant volitantibus uri
Quas tibi profundit *μύθεσσι* Anaxagoræ.
Incaustum Artificis Nymphæ sudatis amore,
Qui Solem versat, æquoris ima fugit.
Montibus hic gaudet, solis quibus ardua scandit,
Queis nixus pulsat *μύθεσσι* Anaxagoræ.
Ergo age gressûs huc properatos tendito Oréas,
Divinâ hæc uni fors tibi sorte datur.
Ardua amas, Faber hic amat ardua, solis ad instar
Diffundis radios, fundit & iste Faber.
Non hic fortunæ lusus, natura jugavit,
Artifici Artificem rite; pariq; parem.
Ne tamen, antiquos si fors mutarier audis
Cursûs, mireris ô physis alma, tuos.
Hactenus unus erat Mundi Sol, unus ocellus,
Non poterat speciem multiplicare suam.

Procudet soles Faber hic, procudet oréas,
His species solis multiplicare datum,

Marcus Fridericus
Vendelinus.
G. S. R.



A L I U D.

Qui quondam fuerint tibi Parentes,
Titan, hætenus anxie estrogatum
Multis, quæ nec in hunc diem diremta
Controversia vertitur Poëtis.

Vati Mæonio Poli Soliq;
Filio Te Hyperione è parente
Mater Euryphaëssa procreavit:
Astræo Te Hyperione è parente
Theia progenuit verenda mater.
Quæres nunc magis evoluta nobis,
Si qui Sol fuerit recens creatus.
Prodit namq; Faber Parensq; Solis,
Qui dudum isti operi arduo officinâ
Satis conveniente destitutus
Soles cudere non valet tenellos.

Nunc

*Nunc in Montis acumine officinam
Pertractando operi arduo graviq;
Huic aptam sibi cum Faber pararit,
Quidni, ubi decies renata Luna,
Soles cudere possit elegantes,
Lunas cudere possit elegantes?
Quod si Montis in intimo recessu
Soles cuderit hic Faber tenellos,
Lunas cuderit hic Faber tenellas:
Quod si ex interiore parte Montis
Soles prodierint novi elegantes,
Luna prodierint novae elegantes:
Non est, quod dubitent dein Poëta,
Quo verè fuerint sati Parente.*

In gratiam Domini Sponsi
Ludebat.

M. Petrus à Jena
Scholæ Servestanz
Rector.



Allusio ad cognomen Dn. SPonsi.

Quod si fortè vident duos in æthra
Soles Astrologi, repente dicunt
Hoc portendere quid mali atq; damni:
Bellum, jurgia, luctuosa fata

Quid

Quid de te optime Sponse fiet? Ecce
Vis plures fabricare in orbe Soles,
Vis plures fabricare in orbe Lunas.
Eheu noxia luctuosa signa
Et nobis miseris inauspicata!
Quis te non fugeret malè ominantem
Terris & mala cuncta comminantem?
Extremo exitio videris esse
Dignus, dignus & esse morte dirâ.
Sed res salva erit, optimeq; agetur
Tecum candide Sponse, docte Sponse.
Nam quos vis fabricare in orbe Soles,
Et quas vis fabricare in orbe Lunas,
Soles inquit bellulè apparatus,
Lunas inquit bellulè expolitas,
Illi te afficient honore summo,
Fama perpete, gloriâq; magna.
Sic illustrior in solo vigebis,
Sic celebrior in polo micabis
Per prolem, inquit, Sponse, nascituram
Ex te & conjuge, per tuos futuros
Hæredes generis tui lepores
Vestri nominis elegantiores
Soles innuo Lunulasq; scitas.

Acòs

Λ Ἄος ὅταν δύο ἡλίω ποτὲ δερκῆ ἐν αἴθερῳ
 Ὅιαι πῆμα μεγατῆ χθονὶ ἐσόμενον.
 Καὶ ἰδμεν σονόεντα δύο τὰδε σήματα εἶναι
 Ἄτα κακ' εἴωθεν ταῖς πόλιεσι Φέρειν
 Καὶ σὺ ἐνὶ καρδίαις κακὰ νυμφίε μερμηρίζεις,
 Χαίρεις Ἰαθρώπων δυσσεβέως ολέθρῳ;
 Ἢ ἐλεῶν ἐθέλεις σὸν ἔμμεναι ἢ διπλόεσσιν
 Σπυδαίων πλείεσσιν τὸ χέμεν ἡλίεσσιν;
 Οἱ σημαίνουσιν κῆδ' καὶ πένθος ἄλαστον,
 Καὶ κακ' ἐπιχθονίαις πολλὰ βροτοῖσι Φέρει
 Ἄλλα ἐπισημνῶς ῥέζεις ὦ νυμφίε, καλῶς
 Πολλὰς τὸ χόμεν ἡλίεσσιν νεαροῖς.
 Τῆ δὲ πᾶντα γενετῆρι τε μητρὶ β' ὁμοίεσσιν
 Κυδαλίμωσιν, ἀγαθῶσιν, καὶ ἀρετῆ μεγάλῳ
 Τῆτο θεὸς τέλεισιν τὰ ὑπέριστα δώματα ναιῶν
 Καὶ νεαροῖς νύμφοις ἀεὶ μελα πάντα δόσο.

*M. Martinus Cramerus Scholæ
 Servest. Corrector.*

A L L U S I O

Cognomen DN. SPONSI.

Publica te tangunt doctissimi commoda Sponse,
 Sollicitatq; tuam totus hic orbis opem.
 Namq; vides solem nigro velamine amictum
 Atq; aliquot clarè non micuisse dies.

B

Unde



Unde hominum generi non parva incommoda sur-
gunt,
Quæq; etiam quondam postera turba gemet,
Ergo communi facilis succurre salutem,
Et nostro soles redde aliquando solo.
Soles cude novos splendentes undiq; soles,
Qui reddant claro lumina clara polo.
Scis quinam velim, heredes inrelligo vestros,
Qui referant matrem, qui referantq; patrem,
Inferre ferrum igni, moveant follem astra, Jehova
Inceptum eventu conveniente beet.

honoris ergo
scripta

Luca von Berge
Serevestano
LL. Stud.

FINIS.


Inde hinc...
Quod...
Ergo...
I. n. o. s. t. r. o. s. o. l. d. e. s. p. i. d. u. n. d. o. s. o. l. o.
S. o. l. s. e. n. d. e. n. t. e. s. p. l. a. n. d. e. n. t. e. s. i. n. d. i. s. s. o. l. e. s.
Q. u. i. e. d. d. a. n. t. e. l. u. m. i. n. a. c. l. a. p. o. l. o. s.
S. e. i. s. q. u. a. n. t. u. m. v. e. l. u. m. h. e. r. e. d. e. s. i. n. c. h. i. g. o. v. e. l. l. o. s.
Q. u. i. t. e. r. a. n. t. u. m. a. n. t. e. m. q. u. i. t. e. r. a. n. t. u. m. p. a. r. t. e. m.
I. n. t. e. r. i. u. s. t. e. m. m. o. v. e. n. t. e. s. o. l. l. e. m. a. l. l. e. s. c. h. e. r. a.
I. a. c. e. p. t. u. m. e. t. e. n. d. e. c. o. n. t. i. n. e. n. t. e. p. e. r.

Lucas von...
S. 1. 2.

S. 1. 2.

P...





Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

100-By
Jul. 01

M







XI

catissimis
Principiac

TO
niti Ascaniæ
nburgi &c.

ffimi
enschmid

, moribus

ARDI à Bergen
AE dilectis.
m;
ocupata.
lbr. Jul.
ianæ
a CoMbInantVr.

Dörffer,
IX.